UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatus Juridicus Ad Librum III. Decretalium Gregorii IX. Clericorum in communi, nec non Prælatorum, ac Capitulorum in specie obligationes, & jura complectens

Scharz, Oddo

Salisburgi, 1738

Approbatio S. Facultatis Theologicæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63800

Visual Library

APPROBATIO
S. FACULTATIS THEOLOGICÆ.

VElut Fortis Bellator, accipiens *Armaturam DEI*, rurſus in arenam prodit Clariſſimus Author, juxta Apoſtoli (*Epheſ. 5.*) hortatum, *ſuccinctus lumbos in VERITATE, & indutus Loricam JUSTITIÆ, & calceatus pedes in præparatione EVANGELII Pacis, in omnibus ſumens Scutum FIDEI, in quo poſſit Tela* Antagoniſtæ ſui *ignea extinguere, & Galeam Salutis* aſſumens, quod eſt VERBUM DEI. Prodeat igitur in lucem publicam etiam Tractatus hic, *Partem I. Libri III. Decretalium* complexus, qui argumentorum pondere ſolidiſſimus, ſtyli claritate nitidiſſimus, eruditionis apparatu inſtructiſſimus, ita nihil ECCLESIÆ noſtræ ROMANO-Catholicæ adverſum continet, ut potiùs Ejusdem JURA invictiſſimè aſſerat, atque Adverſarii Summis etiam Capitibus protervè inſultantis temerarios aſſultus fortiſſimè repellat. Ita cenſeo

P. CORBINIANUS THOMAS,
Ord. S. Bened. Imperialis Monaſterii Elchingani Profeſſus, SS. Theologiæ Doctor, ejusdémque in Scholaſticis Profeſſor Ordinarius, Celſiſſimi & Reverendiſſimi Archi-Epiſcopi & S. R. I. Principis Salisburgenſis &c. &c. Conſiliarius Eccleſiaſticus, Almæ Univerſitatis Vice-Rector, & S. Facultatis Theologicæ p. t. Decanus.

AP-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN